

Et me precibus adduxerunt, ut et ipse
 adderem meas. Ego adolescentem non novi,
 de eo nihil possum omnino scribere. Ne-
 cessariis illius adeo id a me contenden-
 tibus negare non potui. Si reliqua tibi
 non displicent, et commendationibus
 es aliquid tributurus, rogo te etiam atque
 etiam, vir clariss. et mihi amiciss. ut
 commendationem hanc meam aliquid
 apud te valere patiaris. Vnum in hoc ne-
 gocio vehementer mihi placuit, quod be-
 neuolentiam nostram mutua alius quoque
 notam esse viderem, ita ut me quoque ali-
 quid apud te posse, si usus posceret, exi-
 stimarent. Quod ego nisi bonitate tua
 fretus, nunquam essem ausus mihi arro-
 gare, ut sunt tua erga me beneficia
 multa et magna: officia vero in te mea
 prorsum nulla. Sed si exaequari ab a-
 more omnia verum est, ego in hac tenui-
 tate, tu in ista facultate ac copia, paria
 facimus.

Vale.

Vives